

**Nicolai Lancicij E Societate Iesv Opvcvlorvm Spiritvalivm  
Tomvs ...**

**Łęczycki, Mikołaj**

**Antverpiae, 1650**

Quid faciendum si fructus non respondeat labori Missionum. Cap. X.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78821](#)

cans. Diuinam sibi non cesset conciliare misericordiam. Meritò quoque formosa, qua calesti desiderio fulgens, superna contemplationis decorum se induit, horis duntaxat quibus commode & opportune id potest. Et post pauca: Perfectus omni reputabitur, in cuius anima  
 hac tria congruerent atque opportunè concurrere videbuntur, ut genere pro se & exultare in Deo nouerit, simul & beatitudinibus proximorum potens sit subuenire:  
 463. placens Deo, cautus sibi, viuus suis. Qui autem serio meditationibus atteindit in Missionibus, consequitur à Deo illius beneficio, hac omnia tria. Quocirca l.1. de Confid. cap.7. Monens Papam Eugenium sic scribit: Quoniam dies mali sunt, sufficit interim admonitum esse, non totum te, nec semper dare actiones, sed confiderationi aliquid tui, & cordis & temporis sequestrare. Et post pauca, enumerat bona confiderationis. Primum, quidem ipsum fontem suum, id est mentem, de qua oritur purificatio confidatio: Deinde regit affectus, dirigit actus, corrigit excessus, componit mores, vitam honestat & ordinat: Postremo Diuinarum pariter ac humana rerum scientiam consert. Hec est, que agenda praeordinat, acta recogitat, ut nihil in mente residat, aut incorrumptum a correctione egen. Hac autem omnia necessaria sunt, ut sine damno nostro, & cum aliorum utilitate in Missionibus versemur. Non est ergo omittenda sed serio adhibenda confidatio, intrinseca pars & essentialis nostrarum meditationum.

466. Quæres, quantum temporis dandum Meditationi in Missionibus?

Respondeo, duo tempora ei dentur. Primo, matutinum per hotam, ut sit in Collegiis. Secundo, accedit frequens eleutatio mentis ad Deum, per orationes iaculatorias, quibus à Deo petamus. Primo, lumen ad tractandum ita animas, prout neccesse est ad eatum utilitatem. Secundo, gratiae auxilia pro eatum conuersione & pro profectu iam conuersarum. Tertiò, Dei protectionem efficacem, ne vlli succumbamus tentationi, manendo extra nostra domicilia, quin potius, ut præter merita multa aliquā in re meliores effecti, domum suo tempore redeamus. Si autem cum magno animi ardore, et si brevissime, & sèpissime ita orabimus, sentiemus in nobis magnam devotionis copiam.

467. Hinc S. August. epist. 121. scribit: Dicuntur fratres in Aegypto, celestis quidem habere orationes, sed eas brevissimas, & raptim quodammodo iaculatorias. Absit enim ab oratione multa locutio, sed non desit multa precatio, si ferveret perseveret intentio. Nam multum loqui in orando, est non necessariam rem superflui agere verbis: multum autem precari, est eum, quem precamur, diuturnè & pia cordis excitatione pulsare. Et plerumque plus gemitibus quam sermonibus agitur, plus fleu quam affatu. Et talen otandi modum S.P. Ignatius etiam Scholasticis tempore studiorum commendabat. Et commendatur à Cassiano l.2. de instit. c.10. & ab Abate Isaac Coll. 9. c. vltimo.

## CAPVT DECIMVM.

Quid faciendum, si fructus non respondeat labori Missionum.

Si non videntur fructum correspondenter suis laboribus, non affligantur, sed bene cepta continentur. Gutta cauac lapidem non vis, sed sapè cadendo. Ideo bene monet S. Chrysost. h. 41 in Gen. Non solum senel atque iterum hoc facie, sed semper. Nam esti verbis tuis non obtemperat, postea obtemperabis, iterum tamen te videns urgente, foris erubescet. & reveritus tuam curam, ab his quia offendunt despitet. Quod si verè non obedierit dictis tuis, pérge tamen. Nunquam dic, inquit idem: Quia senel & iterum & tertid & septu dixi, & nihil profeci. Ne quiescas dicere. Nam quād magis perseueraueris, tanto magis & merces tibi crescat. Saltum ergo tibi proderis, si Auditoribus eorum culpā non proderis. Boni enim ( vt obseruant S. Greg. l. 15. Moral. c.17. al. 21. ) in illa verba lob: Audite quædo sermones meos & agite poniuntiam! Boni, inquit, cùm loquuntur, duo sunt quæ in suis locutionibus attendunt: vi videlicet aut sibi, aut Auditoribus suis, aut sibi metu solu profint, si Auditoribus prodesse non possint. Cum enim bene audiuntur, bona qui dicunt sibi simul & Auditoribus profint: cum verò ab Auditoribus deridentur, sibi procul dubio profuerant, quos à culpa silentij liberò fecerunt. Nec tātum hanc ob causam profuerunt, sed & ob alias. Nam, vt docet S. Augustinus ser. 42. de Sanctis. Non quia ille remansit in anis, idèo vos perdidisti mercédem, reddetur vobis pro voluntate vestrā, redatur vobis pro charitate quam impeditis. Contingit id talibus quod Christus dixit Apostolis pacem annuntiantibus, quam si illi contemerent, ad vos reuertetur. Matth. 10. Meritò ergo S. Ignatius tales iussit imitari morem Angelorum, qui non turbantur dum eis non obedierit. Vide S. Chrysost. ser. in terra motum & Lazarum col. 3. p. 96. to. 3. Ducxi.

469. Valer etiam pro solatio illud S. Chrysostomi h. de S. Phoca. Si, inquit, intrauerit lupus ipsum agnum efficio, quantam in me situm est, si autem noluerit, non id vitio meo sit, sed ex ipsius improbitate. Quandoquidem Christus etiam duodecim discipulos habuit, & unus factus est proditor, verum non propter Christum, sed propter animum eius, vitatum: & Iesus discipulum habuit anarum, at, non ob imbecillitatem doctoris, sed ob discipuli negligentiam. Vide h. de Anna initio, quomodo concionator nō perdit lucrum, et si Auditor non emendetur. Et Conc. r. de Lazaro: Vtinam, inquit, oratio nostra profectus aliquid adferat. Quod si post nostram admonitionem in iisdem virtutis perseuerauerim, ne sic quidem nos desistemus illis, quod rectum est consulere, quandoquidem & aquarum vena, et si nullus veniat aquatum, manant tamen: & fontes quamvis hauriat nemo, tamen scatbras emittunt, & annes et si nemo bibat, nihil

bilo fecit flamus; sic operari & illum qui concionatur  
quamvis nullus auseculeret, tamen preflare quicquid in  
ipsi situm est. Siquidem hac lex nobis, qui sacri sermo-  
nis administrationem suscepimus, à benigno prescripta  
est Deo, ac ne vñquam, quod quidem in nobis fuerit, de-  
sanguinum sacre. Nec vñ tempore sileamus, siue sit  
qui auseculeret, si qui decurrat, negligens quod dici-  
tur &c. si decem modū persuasi fuerint, si quinque tan-  
tum sī vñus, nonne nobis hoc sufficit ad consolationem  
&c. Non exxi quidem agrotantes, attamen eos qui  
valent, reddidi firmiores. Non abdixit quo sdam à virtute  
sermo noster, sed tamen eos qui cùm virtute agunt red-  
didi attentiores: supra hac quoque quiddam addam  
terium: Hodie non persuasi, sed cras fortè persuadere  
poter. Quid si minus cras, attamenē perendere, aut quarto  
ab hinc die fortassis persuasero. Qui hodie que audiunt  
reguli, cras fortassis audiet & recipiet, fortassis post  
duis complures præhabebit animum iis que dicentur.  
Quandoquidem & illud crebro sit, vi pector, qui per  
tum diem vacuum attraxit rete, sub noctem tam a-  
bire parans, capto, qui ipsum per totum fessellerat diē,  
pīc descendat. Etenim si agricola protinus ad agricul-  
tationem resiliat, quid semel atque iterum, aut sepius aë-  
ris acciderit inegalitas, fame breui periremus omnes.  
Vide plura similia.

Idem Ribadeneira l.5. c.11. fin. dicit à S. Patre  
traditum: si quid efficiere in hominum salute cupiat,  
vel si quem ab exitio studeat ad salutem reuocare, vbi  
diligenter suo perfactus sit munere, quo modo res  
cedat, aquissimē sibi ferendum statuat. Neque si ille ad  
quem evanđandum incubuerit respuit medicinam, &  
demutat idcirco animum. Angelorum tutelarum exem-  
plu: qui quos à Deo sibi commissos acceperunt, monent,  
quād possunt, defendunt, regunt, vrgent, ad bonum iu-  
uant; sed si voluntatis libertate abutantur illi, & inob-  
sequentes atque obstinati sint, propterea tamen nullo  
angustor morore, nullā afficiuntur molestiā. Curau-  
mus inquit Babylonem & non est sanata. Praeclaru:  
hac est doctrina, & præbet magnum solarium  
iis, qui fideliter pescationi animalium attenden-  
tes, opatum finem non assequuntur, & dicunt  
Christo Domino cum S. Petro: Domine totā nocte  
laborantes nihil cepimus.

Quod S. Pater docuit, hoc ipse seruauit. Nā,  
vñscribit de Eo Maffeius l.2.c.11. Si quem, omnia  
expertus, tamen ē cano peccatorum extrahere nequi-  
sisset, non idē contrahebat animum, vel se angori da-  
bat, quasi oleum & operam perdidisset, sed conscientia  
& offici fructu contentus, acquisiebat in alto prou-  
danie Diuino consilium.

Nam labor iste in oculis Dei non est inanis,  
quia, vt ait S. Bernard. l.4. de Confid. c.2. Noli  
diffidere curam exigeris, non curationem: Denique au-  
diisti. Caram illius habe, & non cura vel sana illum. Ve-  
rum dixit quidam: Non est in medico semper relevetur  
ri eger. At melius propono tibi de tuis. Paulus loquitur:  
plus omnibus laboravi, non ait, plus omnibus pro-  
fisi, aut plus omnibus fructificau: verbum insolens reli-  
giofissime vitans. alias autem nouerat homo, quem do-  
cuit Deus, quia vñ/ quisque secundum suum laborem  
Lancicij Opusc. Tom. 2.

accipiet, non secundum prouentum. Et ob hoc in labo-  
ribus potius, quam in profectibus gloriandum putauit:  
sicut albi habes ipsum dicentem: In laboribus plurimis.  
Ita, queso, sat tu quod tuum est, nam Deus quod suum  
est faciet; satis absque tuā sollicitudine & anxietate ca-  
rabit. Planta, riga, ser curam: & tuas explueisti par-  
tes. Sanè incrementum, vbi voluerit, dabit Deus, non tu.  
Vbi fortè noluerit, tibi deperibit nihil, dicente Scriptu-  
rā (Sap.10.) Reddet Deus mercedem laborum Sancto-  
rum suorum. Securus labor, quem nullas valet euacua-  
re defectus. Quia, vt ait S. Chrysost. epist.14. ad  
Olympiadem, Quod in pecuniis vñs venit, atque et-  
iam in viduā illā contigit, hoc quoque in negotiis lo-  
cum habet. Ut enim illa duobus dumtaxat obolis col-  
latis, omnes qui plura contulerunt, superauit, vt que  
vñiuersas opes suas profudisset; eodem etiam modo,  
qui in negotiis omni animi contentione incumbunt,  
quantum quidem in ipsis est, omnia consecerunt ( etiā  
alioquin nihil inde utilitatis manari ) mercedemq; suā,  
numeris omnibus absolutam, habent.

Habemus huius rei etiam alia præclara testi-  
monia reuelata S. Brigittæ. In primis l.4. Reuel.  
c.21. B.V. Maria sic S. Brigittæ dixit: Amici Dei non  
habent attadiari in seruicio Dei, sed laborare, vt homo  
malus, siat melior, & homo bonus veniat ad perfectio-  
nem. Nam quicunque voluntatem haberet sibilandi in  
aures omnium transeuntium, quid: Iesus Christus ejus  
verè Dei Filius, & faciendo conaretur, quantum posset,  
ad aliorum conuerionem, licet nulli vel pauci conuer-  
terentur, nihilominus eandem mercedem obtineret, ac si  
omnes conuerterentur. Sicut per exemplum dico tibi: si  
duo mercenarij ex precepto Domini foderent montem  
durissimum, & alius inueniret aurum electum, alius  
verū nihil; ipsi propter laborem & voluntatem, digni  
essent æquali mercede. Et iterum in eodem lib. c.31.  
Mater Dei sic locuta est: Qui conducti operarium  
ad laborandum, dicendo ei porta arenam de liture, &  
inquire in quolibet opere, si forte ibi inuenire poteris  
granum auris; non minor erit merces eius, si nihil inue-  
nerit, quam si reperiens multum. Sic est etiam cum il-  
lo, qui verbo & opere, ex Diuina caritate laborat ad  
profectum animalium; non enim erit minor merces illi,  
si nullos conuertet, quam si multis. Sic Magister dixit  
exemplum: ille, inquit, bellator, qui ad preceptum Do-  
mini sui egrediens ad bellum, & habens velle fortiter  
dimicandi, rediret sauciatus, nullum habens captiuum,  
non minorem mercedem obtineret amissi bello, propter  
voluntatem bonam, quam si victoriam fuisse conser-  
sus. Sic est etiam cum amicis Dei. Nam pro quolibet  
verbo & opere, quod faciunt propter Deum, & vt ani-  
ma emendentur, nec non, & pro qualibet horā tribula-  
tionis, quam patiuntur propter Deum, coronabuntur,  
sive mu: ti convertantur sive nullus.

Facit ad hoc propositum aliud monitum S.  
Chrysostomi hom.3. in 1. Corint. ante finem: Si  
hodie nemini persuaseris, persuadebis postridie; & si  
nunquam persuaseris, mercedem tamen integrā hab-  
bes; & si non omnibus, paucis tamen ex multis persuadere  
poteris. Nam neque Apostoli vñiuerso orbi persua-  
serunt, licet cum omnibus disputarint, & mercedem in

471.

472.

B b 3 omni-

omnibus affectui sunt. Siquidem Deus non nostrum bonorum operum euentum, sed iuxta factorum proposi-  
tam, coronas elargiri solet. Etiam si duos obolos conferas,  
& quod vidua facit, idem in docentibus operabitur. No-  
li gitur cum orbem terrae facere salutem non posis, et  
iam parua contempnere. Neque maiorum desiderio à  
paruis te abstrahas, si centum nequis, decem curam sus-  
cipias; si decem non posis, noli quinque despicer; si  
quinque vires tuas excedunt, vnum ne contemnas. Quod  
si ne hoc quicunque posis, noli desperare, noli labori cede-  
re. Nonne vides in negotiationibus, non auro dumtaxat,  
sed & argento Mercatores negotiantur. Nam si parua  
nil contemperimus, asequemur & magna. Sin autem  
neglectui nobis illa esset, neque hac facile asequi posse-  
mus. Sic singuli diuines euadunt, cum magna simul &  
parua colligunt.

473. Praeclarum est & illud S. Xauerij monitum apud Tursell. l. 6. c. 18. Monebat, inquit, ut cultores animarum, non fortius quam perseverantius eorum perferrent virtutem infirmitatem suffinerent, frugemque, se-  
mentis facte laborumque (quamvis sera fave) fructum, velut boni Christi agricola expectarent: haud ignari, qui seminavit in lacrymis, in exultatione messueros Psal-  
ti 4. Quod si talibus initio non vterentur, quales exper-  
tent, ita se cum illis gererent, ut cum improbus filii  
boni parentes, Deique benignitate, freti, qui hominum  
mentes suo denuo tempore ad bonam perducit, fru-  
gem non diffidenter eos aliquando tales fore, quales op-  
tarent. Proinde nunquam diffiderent eos omni studio  
colere, praefritissim cum Deus omnium communis parens,  
quamvis Iesu à nobis, benignè tamen omnibus facere  
non desistat. Quin & Seneca epist. 7. Bene, inquit,  
& ille, quisquis fuit (ambigit enim de auctore) cum  
quareretur ab illo: Quod tanta diligentia artus specta-  
ret ad paucissimos pertinuerat, satis sunt, inquit, pauci,  
satis vnu est, satis nullus. Egregie hoc tertium.

## CAPUT VNDECIMVM.

Contradictiones tempore Missionum quo-  
modo tolerande.

474. Non cedant contradictionibus & impedi-  
mentis, quæ satihan per se, vel per homines  
obiciunt, sed inquietæ ac exemplari patientiæ ac  
mansuetudine excipiendi ictus (tanquam boni  
milites Christi) aduersariorum, & silentio eos  
reprimendo, ac offerendo Deo, pergant in spiri-  
tuali punctione, uti perrexit Paulus scribens 1.  
Cor. Ostium mili aperitum est magnum, & aduersarij multi. Quod pōnderans S. Chrysostom. 43.  
Si magnum, inquit, quomodo aduersarij? Et paulo  
post responderet: Quod multi adēd relinquentur, indi-  
cum est Euangelica victorie. Nusquam enim nocentissimus  
ile aduersarius irritatur granus, quam cum suo  
rum instrumentorum multa fibri ipsi videt. Verum  
nos ubi magnum aliquid & egregium facere statui-  
mus, nequaquam confunditur id labore sit cogitemus,  
sed virilatem magis resuscitamus. Vides igitur exem-

plum eius in Paulo, qui nihil quid multi essent adver-  
sarij cessat, & captum negotium refugit: veram quod  
magnum patet ostium, infat diligenter negotio, &  
istius permanet: hocq; ut supra dixi signum erat, eius  
cum diabolo lucta. Aduersus eos enim qui humilia &  
levia operantur, nihil inuehuit letibali illa bestia.

Quocirca Missionarij gerant se, vi decet 475  
Christi milites, de quibus sic Christus Domini-  
nus ad S. Brigittam, quasi describens nostros  
rum Missionariorum conditiones requiritur ait  
l. 1. c. 6. Mitto amicos meos, ut dividant diabulos a  
membris meis, quia ipsi sunt verè inimici mei. Mitto  
ergo eos quasi milites in bellum, omnium enim qui affligit  
carnem suam, & absinet se ab illicitis, perè miles meus  
est: ipsi habebunt pro lancea verba mea que ore meo locu-  
tus sum: In manu gladium, id est fidem: In pectore co-  
runt erit lorica charitatis, ut quidquid accidit, non  
minus diligent me: Clypeum patientia debet habere  
ad latum, ut omnia patienter sustineant. Ego enim in-  
elucte eos quasi aurum in vase, & nunc exire debent, &  
incedere viam meam. Ego non poteram secundum iu-  
stitiam ordinatam ingredi in gloriam Maiestatis, ab-  
que tribulatione cum Humanitate meā, quoniam ergo  
ipsi intrabant: Si Dominus eorum patiebatur, non mi-  
rum si & ipsi patientur. Si Dominus sustinuit verba-  
ra, non magnum si ipsi sustinebunt verba. Non timet,  
quia ego nunquam relinquere eos. Sicut impossibile est  
diabolo separare eos à me, & quia ipsi sunt quasi au-  
rum purissimum in conspectu meo, ideo si modico igne  
probentur, non tamen relinquere eos, sed est ad maiorem  
eorum remunerationem.

## CAPUT DVODECIMVM.

Notanda pro Confessionibus audiendis tē-  
pore Missionum.

IN Confessionibus, etiam grauissimorum pec-  
catorum, hæc servent: Primo, magnam ostendat  
comitatem confitentibus sine vilâ acrimoniâ & asperitate verborum, & cum magna si-  
gnificatione sinceræ charitatis, & vt monet B.  
Laurèntius Iustinianus serm. de Christi corpo-  
re. Sit erga proximorum errata compunctione compa-  
bus. Hac enim ratione magis uiuabunt animas,  
& adducunt, ut sincerè sua omnia aperiant vul-  
nera ac mortbos animæ.

De S. Xauerio nostro scribit Tursel. l. 6. c. 17. 477  
Confessarios, inquit, magnopere hortabatur, ut in con-  
fessionibus comiter benignè, confitentes exciperet,  
quod spiritualium medicorum lenitas eos pelueret ad  
omnia conscientia sue vulnera, hanc cunctanter ape-  
rienda. Hoc ipsum monebat S. Vincentius tract.  
de vita spirituali c. 10. In Confessionibus, inquit, si-  
ne blandi consoleri pusillanimes, siue duris terreati in-  
duratos, semper viscera caritatis ostendas, ut semper  
peccator sentiat, quod verba tua ex pura caritate de-  
cendent. Et ideo caritatis verba & dulcia, semper pun-  
guina præcedant. Per pungitiva autem S. Vincen-  
tius